

Languentia sanans.

7. Spes veniæ,  
Via lætitiæ,  
Stirps inclita Jesse;

8. Supplicibus  
Famuli precibus  
Digneris adesse

9. Tartareis  
Quod me laqueis  
Draco præpedit ater,

10. Crimicibus  
Nexum gravibus,  
Pia, respice, mater.

11. Solve reum,  
Pondusque meum  
Relevare labora.

12. Ut veniam  
Reus inveniam  
Pro me, precor, ora.

14. Ne Stygiæ  
Mibi malitiæ  
Sint cognita castra.

14. Immo Dei.  
Pietate vebi  
Merear super astra.

LVIII. *Hieronymus in annalibus Hebræorum de xv  
signis quindecim dierum ante diem judicii.*

Cognitio talis fiet sinis generalis

Omnibus in rebus ter quinis ante diebus :

Atque dies unus dans mundi cernere funus,

Testes horris tot habens dirique furoris,

Est ostendendus per signa tremenda tremendus. C

I. Æquor inundabit montesque tamens superabit,

Ter quinis cubitis excrecens altius istis,

Non involvendo sed fluctibus alta petendo.

II. Rursum summissum subterfluet æquor abyssum

Ut vix cernatur quo currens et unda feratur.

III. Antiquasque status posthinc fuerit reparatus.

A IV. Quidquid aquis tegitur vita sensuque potitur  
Æquora nudabunt, incertaque voce sonabunt,

V. Aera linquentes, in campis convenientes,  
Voce sua plangent volueres nec pascua tangent.

VI. Solis ab occasu crebro labentia oasu  
Fulgura, splendorem pertransibunt orientem.

VII. Sidera flammabunt et longo crine micabunt,

VIII. Motus terra dabit : animal nullum pede stabit.

IX. Saxaque vis scindet partem pars, altera findet,

X. Ligoaque viventum nemorum genus omne  
[virentum

Sanguinis in morem, sudabunt omnia rorem.

XI. Montes solventur quasi pulvis et efficientur

Quodque laboravit, nuper labor ædificavit

Tunc confundetur, tunc in nihilum redigetur.

B XII. Abdita silvarum fugiet genus omne ferarum,

Venturum metum resonans communeque lethum.

XIII. Bastis contractis ac omnino patefactis,

Surgere nitentur quæ corpora clausa tenentur.

XIV. Urbibus exhibunt homines properanter et  
[ibunt

Passim plangentes, sine sensu nilque loquentes.

XV. Summa dies rerum post hæc erit atque  
[dierum,

Qua quotquot vivent morientur; maxque resurgent

Mundi defuncti, necnon ab origine cuncti

Si quo salventur, ii perpetuo crucientur.

Hujus terrorem quis diceret atque laborem !

Quam tot portentis conturbatis elementis

Cælum, terra, mare monstrabunt appropriare

Dantia majorum multo documenta dolorum

Istius horrorem timeamus, anemus honorem.

Quo se noscendum plane dans atque videndum

Justis præbebit ; secreti nilque latebit

Quod non cernatur ac in Deitate sciatur ;

In qua gaudebunt qui pura mente nitebunt

Et bene gaudebunt, quia gaudia sine carebunt.

## VEN. HILDEBERTI

CENOMANENSIS EPISCOPI

### VERSUS DE SANCTA SUSANNA.

(E manuscripto codice Majoris Monasterii an. plus 500. et altero v. cl. D. Jacobi Dupoirier Turonis doct. medici, ann. 400.)

1232 \*\*\* Hactenus arisit Susannæ gratia formæ; D  
Hactenus in populo florebat ejus honor.

Fama serena fuit, sed nubila facta lucernam

Exstingunt jamæ, nec rutilare sinunt.

Lau-lis famosæ vix rutilare sinunt.

Nam jubar exiguum de lamæ lampade duces,

Ex oleo morum si nihil intus habes.

Vel quis erit fructus, si te flores nominis orient,

Et de fruge boni nil tua vita metat.

Omne quod est rutilum, nomen non accipit auri

Non aurum dico quidquid fulgore superbit,

Nec facus esse solet.

Non appello favum quidquid in ore sapit.

Auri nobilitas luteam si vestiat ollam,

Non ideo sequitur hanc minus esse lutum.  
 Sic et Susannam si famæ candor laurat,  
 Non ideo sequitur hanc minus esse ream.  
*innotuit*  
 Nobis enituit quod mœcha sit, et quod iniqua  
 Sprevit mœcha virum, læsit iniqua Deum.  
 Virtuti vitium, sinceris turpia, legi  
 Illecebram, fidei prætulit illa dolum.  
 Nos urit graviter res hæc, opus hoc, scelus istud  
 Res deformis, opus flebile, triste scelus.  
 Juris enim nostri est, tales evellere plantas,  
 Ne pariat fructus arbor iniqua malos.  
*Prava*  
 Parva quidem cito fructificant, at fertilis arbor  
 Tædus urtica crescere semper habet.  
 Lex igitur poscit, et res ut in arboris hujus  
*judex,*  
 Radicem vindex nostra securis est.  
 Sed donec nobis clarescant omnia, parvam  
 Pœnæ concessit ultio nostra moram.  
 Ergo revolvatur res ordine ducta, rotamque  
 Linguae currentis auris habena reget.  
 Cum sol hesternum libraret tempus, et urbia  
 Librasset causas statera nostra diu.  
 Surgimus, egredimur, Joachim nos excipit hortus,  
 Floridus ut recreat tædia nostra locus.  
 Nostro blanditur locus, arridetque labori.  
 Ridentem reddunt quatuor ista locum.  
 Hæc sunt: Arbor humus, et fons, et avis; viret  
*[arbor,*  
 Vernat humus, garrat fons, citharizat avis.  
 Arbor fronde viret, pubescit germine tellus,  
 Murmure fons garrat, gutture ludit avis.  
 Flos oculos pascit, nardus nares, avis aures;  
 Hic placet, hæc redolet, exprimit illa melos.  
 Sedimus hic igitur fallendo sub arbore solem,  
 Ut juvenescat nostra senecta parum.  
 Dumque locum nostri melitur luminis error,  
 Fors in Susannam lumina nostra tulit.  
 Pulsat posticam, parvit pulsata, patentem  
 Ingreditur, graditur, acceleratque scelus.  
 Et quales optat lasciva libido, latenti  
 Dilecto tales obtulit illa genas.  
 Intrat enim succincta dolis, discincta puellis,  
 Picta genis, pedibus nuda, venusta comis.  
*socias*  
 Excludens famulas, sine teste fuit obvia: nemo  
 Delinquens oculos testis amare solet.  
 Arte suam pinxit faciem, quia pectus amantis  
 Prædari citius forma polita solet.  
 Turpem prodebat habitus quæsitus amorem,  
 Deformisque notæ testis et obses erat.  
 Signis sive notis, etsi non voce, reatum  
 Impuræ mentis hæc potuere loqui.  
 Frons stellata rosis, pictæ lascivia zonæ,  
 Collum corque tumens, auris in ore nitens (72).  
 Pes levis et vestis rugis impacta superbis,  
 Et coma dedignans vincula magistra pati.

(72) Forte gemma per ora nitens.

(73) Versus uncis inclusi desunt in ms. Maj. Monasterii.

A Cur sic? Ut placeat magis, et magis urat aman-  
 [tem.]

Plus igitur placuit, plus et inarsit amans.  
 Arsit et exiliit, rapit hanc; manui manus, ori  
 Jungitur os; pudor est ordine cuncta sequi.  
 Currimus; hi fugiunt; sequimur, foras evolat ille.  
 Illa stat, ille ruit, tardior illa fuit.  
 Adsumus, illa stupet; loquimur, rubet illa;  
 [minamur,  
 Illa dolet; causam quærimus, illa tacet.  
 Nos quasi subsannans oculo Susanna superbo  
 Quæsitum surda præterit aure scelus.  
 Indicat ipsa tamen vel fronte, vel ore reatum.  
 Frons rubet, ecce pudor; os silet, ecce favor [f.  
 [pavor.]

B Elucet quæ sit Susanna, nec esse sepultum  
 Pertulit hoc facinus iudicis [at. vindicis] ira Dei.  
 Nec fallit sermo vulgi tam tritus in ore:  
 Donec fracturam sentiat olla, natat.  
 Quæ modo naufragium nesciret, si prius esset  
 Hæc nec naufragium mundi sensisset in undis,  
 Remigio fidei sponsa secuta virum.  
 Si mores esset sponsa secuta viri.  
 Sed multum distant sibi vir pius, uxor iniqua,  
 Vir fidus sponsæ, sponsa dolosa viro.  
 Sponsæ culpa tamen Joachim non torqueat ex hæc,  
 Ecce nihil maculæ contrahit ille sibi.  
 Non ideo reus est, si vir suus est, quia damni  
 Nil oleum patitur, si societur aquæ.  
 Causa relata patet, nec testibus indiget: ergo  
 Torqueat et cruciet ultio digna ream.

C

## DEFENSIO DANIELIS.

Quis turbo turbam turbavit? Quis sonus urbem  
 Impulit? Unde fragor intonat, unde dolor?  
 State, viri, torqueate reos, absolvite justam;  
 Hos sua culpa ligat, hanc sua causa juvat.  
 Pondere non æquo Susannæ causa pependit.  
 Non timuit mendax esse statera senum.  
 Canities etiam mentiri novit, et albam  
 Non semper retinet alba senecta fidem.  
 Ergo potest ipsis irasci moribus ætas,  
 Quæ stupet in senio non senuisse senes.  
 Albi temporibus, nigri sunt moribus; æquam  
 Tempora cana nivem, corda dolosa picem.  
 D Pingues ut vitulos, vetulos admiror amantes,  
 corde  
 Amantesque, graves corpore, mente leves.  
 Hos gradus insignit, sed vita pressit, honoris  
 Summos attingit infima vita gradus.  
 Ambo presbyteri, sed non præbent iter ulli  
 Ambo videntes, sed sine jure, Dei.  
 (73) Cumque regant alios, tamen a dulcedine mo-  
 [rum  
 Jejunos remanet tantus honoris apex.  
 Verbis frondescent, sed non est fructus in actu;  
 Ore pluuunt aliis, sed sine rore sibi.

Ore docent, et non exemplo, sed documentis  
 Non redimit mores aurea lingua malos.  
 Qui docet et peccat, lyra sed delira vel ille est,  
 Unda sed imr unda, vel rosa, rosa tamen.  
 Dum tibi blanditur lyra, dum verbi pluit unda,  
 Dum te demulcet laudis odore rosa (74).  
 Sed quia delinquit, quasi delirat, quasi sordet,  
 Et quasi cor roseum verme cor intus habet.  
 Talis uterque docet, nocet, ungit, pungit: obesse  
 Plus, prodesse minus, nostris utrumque tamen.  
 Cum doceant alios, se non hortantur, et instar  
 Candelæ faciunt in sua damna jubar.  
 Proficit hæc aliis, sibi soli deficit ipsi;  
 Proficiunt aliis, deflojuntque sibi.  
*Vis tibi depingi brevius præmissa, sequuntur*  
 Ut breviori stylo claudam prædicta, sequuntur  
 Utræ seu ventres, dolia sive dolos  
 Ut populi loculos nummis emungere possint,  
 Proh dolor! in populos vendit uterque dolos.  
 Curant non aras, sed arceas; non vera, sed æra:  
 Non æquum, sed equos; non inopes, sed opes.  
 Hærent sed vanis, sed viniis, sive venenis;  
 1224 Quærunt vana, colunt vina, venena  
 Libras, non libros relegunt; parentque monetis,  
 Non monitis; pretio, non prece quemque juvant.  
 Non alleluia ructare, sed alia norunt:  
 Plus in Solmone quam Salomone legunt.  
 Talibus ergo fides inclinet [*f. non præstet*] nostra  
 Non quia fallaces non meruere fidem,  
 Fingunt quod vestris infundant auribus, iste  
 Non est ordo rei quem docuere rei.  
 Sed nihil intexet mea vox de stamine falsi,  
 Remque sequar breviter, sed sine nube doli.  
 Ætus erat, calor instabat, sol flammeus undas  
 Jusserat immemores frigoris esse sui.  
 Rivus qui ludens Joachim læscivil in horto,  
 Lampadis ejusdem vi tepesfactus erat.  
 Illuc invitant Susannam balnea; surgit,  
 Huc properat, fraudem nescit inesse loco.  
 Tentat aquam, laudat tentatam; nuda subintrat:  
 Laudatam nudam vidit uterque senum:  
 Vidit et incaluit; conceptæ pabula flammæ,  
 Ejus utræque genæ sunt in utroque sene.  
 Hinc species, inde spes, hinc venus, unde venustas,  
 Hinc color, unde calor urit utrumque senem.  
 Igni dant vires oculi, lux ignea; cervix  
 Lactea, cæsaries aurea, frontis honor.  
*Res nova! decrepitis audax amor imperat, igni*  
 O res miras senex amat, extinctus cinis ardet,  
*Exsanguis stipulæ dant alimenta nova*  
 Spina vetus redolens, arida planta virens.  
 Non errant simili puerique, senexque reatu;

(74) Hi sex versus desunt in ms. D. du Poirier.  
 (74) Hi duo versus non sunt in ms. D. du Poirier,  
 quorum loco sunt quatuor seqq. qui desunt in ms.  
 Majoris Monasterii.

A *sicut*  
 Errat amando puer, sævit amando senex.  
 [Excusat juvenum scelus ætas florida non est  
 Respectu veniæ digna libido senum (74\*).]  
 [Flamma senum rorem veniæ non impetrat horum  
 Sedari fornax non sine fonte potest.  
 Extingui levius puerilis culpa meretur;  
 Parvo rore premi flamma novella [potest.]  
 Quid sero plura? Senes captivat forma, trahuntur  
 Illecebra; celeres ad sua vota volant.  
 Ergo preces fundunt, ergo dant, ergo minantur.  
 Nil prece, nil donis, nil valere minis.  
 Cumque nihil possunt venari retibus istis,  
 Aures innocuas his tetigere sonis;  
 Effectus nostro si non aridet amori,  
 Crimen fingemus ad tua damna novum.  
 Te sponsi lædus læsisse fatebimur; istud  
 In medio vulgi nostra loquela seret.  
*nutat*  
 Pensans et metuens fluitat Susanna; ministrat  
 Spem divinus amor.  
 Mens bene conscia spem, lingua dolosa metum.  
 Mens trahitur ve loque spei, ventoque timoris,  
 Spemque metumque sequens, inter utrumque  
 Devotaque volans ad cælum mente, loquelam  
 Fletibus undantem misit in ora senum.  
 Navis quo fugiet geminis impulsa procellis?  
 Hinc mihi nulla salus; hinc fuga nulla mihi:  
 Syrtes incurret fugiens, mea cymba Carybdim;  
 Et mea fata cavens, in mea fata ferar.  
 Peccem? peccantem me puniet ira gehennæ:  
 Clamem? clamantem puniet ira senum.  
 Sed quia vestra, senes, manus in me sæviet, iram  
 Leniet inferni verbere trita caro.  
 Ut damnum carnis animam lucretur, ematque  
 Portum cælestem, naufraga vita mihi.  
 Si caro spiritui, si Sarræ serviat Agar,  
 Et lucrum mentis, passio carnis erit.  
 1225 Dixit, et obsistit: sic prævalet una duobus  
 Sævis blanda viris, femina justa reis.  
 Non vincunt quam convincunt, quia nil adamanti  
 Malleus hic uncus... nocere potest.  
 Ut mea vox populi sit digna fide, locus istos  
 Separat, et ratio judicet acta senum.  
 Dic, frontose senex, die quem fuit ardor amoris (75)  
 Conscia; respondet: Æstimo, pimus erat.  
 1226 Dicat et hic ad quem non ista loquela vo-  
 Quis fuit arbor; ait: æstimo schinus erat.  
*convinct*  
 Quid plura? Condemnat sua lingua reos: docet iste  
 Quod negat ille; negat iste quod ille docet.  
 Nil restat nisi crux; sua pœna redundet in illos;  
 Vapulet et virgis doctor uterque suis (76).

(75) Forte *quæ fuit arbor amoris conscia*.  
 (76) Sic desinit in utroque ms. poema de Sa-  
 sanna.